

20) Universi etiam ordinati a quondam catholicis vel ab ordinatis eorum in Theutonico regno restituentur in ordinibus taliter perceptis nec occasione huius scismatis¹ gravabuntur.

21) De² Argentinensi autem³ et Basiliensi dictis episcopis qui ordinati fuerunt a Guidone Cremensi, in eodem regno a predictis mediatoribus committetur * X vel octo⁴ * quos ipsi elegerint, qui prestito iuramento firmabunt quod illud consilium de ipsis Romano pontifici et domino imperatori dabunt quod viderint se canonice⁵ posse dare absque periculo scilicet⁶ anime domini pape et domini imperatoris et sue, et dominus papa adquiescet eorum consilio.

22) Dominus² autem papa et omnes cardinales sicut receperunt dominum imperatorem F. in Romanorum et catholicum imperatorem, ita recipient B.⁶ felicem uxorem eius in catholicam et Romanorum imperatricem, ita tamen⁷ quod ipsa coronetur a domino papa A. vel a legato ipsius⁸. Dominum autem Hericum⁹ filium eorum in * catholicum regem recipient.

23) Pacem¹⁰ etiam veram reddent dominus papa * et cardinales domino imperatori F. et domine imperatrici B.¹¹ et Herico regi filio eorum et universis adiutoribus ipsorum¹², salvis que de spiritualibus dispositioni et iuditio domini pape A.⁷ et Romane ecclesie presenti scripto relinquuntur et salvo omni iure Romane ecclesie adversus detentatores¹³ rerum beati Petri et salvis his que prescripta¹⁴ sunt tam pro parte * ecclesie quam pro parte domini imperatoris et imperii.

24) Pacem vero predictam promittit dominus papa¹⁵ se observaturum in verbo veritatis et omnes cardinales, et privilegium inde faciet cum subscriptione omnium cardinalium. Ipsi etiam cardinales¹⁶ scriptum confirmationis predictae pacis facient cum appositione sigillorum suorum.

25) Et dominus papa statim advocato concilio quale subito advocari¹⁷ poterit, cum cardinalibus episcopis aliisque religiosiis viris qui interfuerint, excommunicationem statuet in omnes qui hanc pacem infringere temptaverint. Deinde in generali concilio idem faciet.

26) Plures etiam de nobilibus Romanis et capitaneis Campanie hanc eandem pacem iuramento firmabunt.

27) Imperator vero predictam pacem ecclesie et iam dictam pacem XV annorum illustris regis Sicilie et treuquam Lombardorum¹⁸ a proximis scilicet¹⁹ augusti usque ad VI annos firmabit iuramento suo et principum et faciet Lombardos qui ex parte sua sunt, sicut in communi scripto⁸ treuque dispositum et scriptum est²⁰, eandem treuquam firmari. Si vero aliquis fuerit ex parte imperatoris²¹ qui predictam treuquam iurare

1) scismatis huius B. 2) In A vorher ein Paragraphenzeichen.
 3) Fehlt in B. 4) X vel VIII episcopis B = VU. 5) canonice se B.
 6) Beatricem B. 7) Fehlt in B = VU. 8) eius B. 9) H. regem B.
 10) et pacem B. 11) B. imperatrici B = VU. 12) In A auf Rasur, eorum B. 13) depredatores B. 14) scripta B = VU. 15) dom. papa promittet B. 16) et privilegium — cardinales fehlt in B, offenbar Versehen des Copisten, welcher durch die Wiederholung von cardinales verführt, eine Zeile seiner Vorlage übersprang. 17) advocare B. 18) treuquam Longabardorum B. 19) Kal. B. 20) disp. est et scriptum B. 21) domini imperatoris B.